

PROPRIUM
FESTORUM,
QUÆ

IN HISPANIA
EX APOSTOLICA CONCESSIONE,
NOVISSIMISQUE DECRETIS,

TUM GENERALIBUS, TUM PARTICULARIBUS S. R. C. CELEBRANTUR

ACCURATE DISPOSITUM,

Juxtà Ordinem & Ritum, quo generaliter de ipsis recitatur,

A R. P. M. F. VALENTINO ROMERO,
Abbate Regii Monasterii B. M. V. Montis-Serrati Matrisensis
Ord. S. Benedicti.

PARS HYEMALIS ET VERNA.



MATRITI: M.DCC.XCVIII.
TIPIS SOCIETATIS.

PRO-

GREGORIUS

PAPA XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Pastoralis officii cura nos admonet, ut ea quæ magis conducere censemus, pro locorum & personarum qualitate concedamus. Sane licet aliàs post Missalis & Breviarii ex Decreto Sacri Concilii Tridentini editionem fel. rec. Pius V. Prædecessor noster dilecti nobis filii Ludovici de Torres Malacitani, & Cameræ Apostolicæ Clerici, qui tunc ex Hispaniarum Regnis, ad quæ ab eodem Prædecessore pro certis gravibus negotiis ad Rempublicam Christianam spectantibus missus fuerat, Romam redierat, relatione audita, multas scilicet, ut ipse Ludovicus à viris gravissimis ad hunc effectum à charissimo filio nostro Philippo Hispaniarum Rege Catholico deputatis acceperat, ex huiusmodi editione subortas fuisse in illis partibus difficultates, ad eas tollendas nonnulla quoad Hispaniarum Regna prædicta duxerit reformanda, & concedenda: nihilominus quia, ut idem Ludovicus nobis retulit, re ipsa compertum est, adhuc aliqua ad Missalis & Breviarii impressionem, que in illa Provincia magnis impensis curantur, desiderari: Nos ejus dictis certam adhibentes fidem, ad omnem scrupulum dimovendum, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hæc que sequuntur, declaranda duximus, & concedenda. In primis illud nobis declarandum se offert, ex quo magna oriri poterat confusio: cum enim Prædecessor noster prædictus indistinctè concesserit, ut Ecclesiæ Hispaniæ possint celebrare Officia propria Sanctorum illius Provincie, illique plures sint numero; ex hoc sequebatur, ut Officium majoris partis Feriarum anni omitteretur, & ordo Breviarii ferè subverteretur. Nos huic incommodo occurrere volentes, & Prædecessoris prædicti mentem sano modo interpretantes, declaramus, unamquamque Hispaniæ Ecclesiam eorum tantum Sanctorum, qui in Breviario non sunt descripti, Officia propria celebrare posse, qui vel illius Diæcesis sunt naturales, vel ejus Ecclesiæ seu Diæcesis sunt Patroni, vel eorum corpora, seu notabiles Reliquiæ in ea Ecclesia seu Diæcesi requiescunt. De aliis vero Sanctis, etiam si sint naturales, vel Patroni alterius Diæcesis, etiamsi illorum corpora, vel notabiles Reliquiæ in aliqua Ecclesia alterius Diæcesis requiescant, non celebretur Officium proprium, sed servetur ordo Breviarii Romani. Et quo die celebrabitur Festivitas Patroni unius Diæcesis, Religiones omnes teneantur eodem die in suis Ecclesiis, intra limites illius Pars Hyemalis.

Tit Die

Dioecesis existentibus, eandem Festivitatē celebrare, & in hoc Ecclesia matrice se conformet. Item volumus, quod festivitates sequentes sint in tota Hispania generales; ita quod omnes Ecclesie & Religiones existentes in illa Provincia recitent de illis, & celebrent propria illorum Officia, quae sunt, Festivitas Expectationis Dominae nostrae, quae celebratur die xviii. mensis Decembris. Et quoniam dicta die juxta Breviarium Romanum FERIA habet Antiphonas proprias ad Laudes, ne Antiphonae praedictae omittantur, & ut festiva singulis annis in illa Provincia decantentur; mandamus, quod dictae Antiphonae feriales, quae in die, in qua Officium Expectationis celebratur, dicende essent, reponantur die xvi. Decembris, omissa ea quae ad Canticum dicitur, cujus loco dicitur ea quae ad Canticum ponitur in Psalterio; & idem fiat de Antiphonis in die Sancti Thomae occurrentibus, reponendis in Sabbato, quando Festum Expectationis hujusmodi in Sabbato venerit; ut scilicet Antiphonae in die Sancti Thomae occurrentes, tunc reponantur xvi. Decembris, dempta ea quae dicitur ad Canticum, ut supra. Item Festivitas Triumphi Sanctae Crucis, quae celebratur die xvi. Julii. Item Festivitas Sancti Idephonsi Archiepiscopi Toletani Confessoris. Item Festivitas Sancti Isidori Archiepiscopi Hispanensis, pro quo celebretur Officium Doctoris, & recitetur Credo in celebratione Missae. Insuper celebretur Festivitas Sanctae Annae Matris beatae Mariae Virginis in omnibus locis, ubi fuerit Ecclesia vel Capella dictae Sanctae ad praesens, vel ubi edificabitur Ecclesia in futurum. Item concedimus, quod quilibet Ecclesia & Monasterium Hispaniae habens aliquas Reliquias insignes, puta caput, brachium, vel crus alicujus Sancti, etiam alienigenae, non existentis in Breviario, vel de quo in dicto Breviario fit tantum commemoratio, possit illius Festivitatē celebrare, & Officium Duplex facere, & de alio Sancto eodem die occurrenti, si fuerit Simplex, fiat commemoratio: si vero fuerit Duplex, vel Semiduplex, transferatur in primam diem simili Festo non impeditam. Et quoniam in Regno Castellae in pluribus Ecclesiis celebratur die xxx. Decembris Translatio Sancti Jacobi Apostoli Hispaniarum Patroni, praecipuum Duplex, & in Breviario ponitur die xxix. Festivitas Sancti Thomae Archiepiscopi Cantuariensis & Martyris, Semiduplex; & in anno, quo Festivitas Sancti Thomae occurrit in Dominica, juxta regulam Breviarii transferatur in diem sequentem, quo die in eo Regno celebratur supradicta Festivitas Sancti Jacobi, posteaque per plures dies non venit aliqua dies vacua, in qua possit celebrari Festivitas praedicti Sancti Thomae: volumus, ut in eo anno Festum ipsum Sancti Thomae transferatur ad primam diem Duplici non impeditam, quae erit Vigilia Epiphaniae, & tunc de Vigilia fiat tantum commemoratio; ad Vesperas autem Epiphaniae nulla fiat commemoratio de

Fes-

Festo Sancti Thomae praedicti. Cum vero in Ecclesiis & Regionibus Hispaniae vigeat consuetudo, quod diebus Paschalibus & Festivitatibus majoribus celebretur Missam Conventualem Antistes, vel alia persona principalis, & regula Missalis ordinet, quod omnibus diebus Dominicis infra annum Sacerdos, qui celebraverit Missam Conventualem, exeat ante celebrationem Missae cum pluviali, vel cappa, & cum ministris ad incipiendum in Altari majori Antiphonam Asperges, & aspergendum aquam benedictam populo: concedimus, quod Antistes, seu alia persona principalis celebrans Missam Conventualem, praemissa facere non teneatur, sed illa facere possit quilibet alius simplex Sacerdos ejus loco, & quod talis Sacerdos non deferat pluviale, sed albam, & stolam, vel superpelliceam, & stolam, nec procedat associatus cum ministris, sed solum cum Acolytis. Haec autem omnia, & singula, Breviarium & Missale concernentia, per fel. rec. Pium V. & Nos concessa pro Hispaniarum Provincia, volumus, ut intelligantur etiam concessa Ecclesiis Insularum, & terrae firmae Indiarum dictio Regi Catholico subiectarum. Et insuper statuimus, quod Missae Sanctorum, quae juxta motum proprium dicti Pii V. in Missali Romano in Hispaniis imprimendo possunt imprimi, non in corpore, sed in fine dicti Missalis imprimantur. Et ita per praesentes Apostolica auctoritate declaramus, statuimus, concedimus, & indulgemus: Non obstantibus praemisissis, & litteris Praedecessoris praedicti in Breviario & Missali, ac Regulis sub Rubricis generalibus cum ipsismet Breviariis & Missalibus impressis, nec non omnibus & singulis in eis contentis prohibitionibus, clausulis, derogationibus, & decretis. Quae omnia Nos ad effectum praesentium in dictis Provinciis locum sibi non vendicare decernimus, ac aliis, quae dictus Praedecessor in suis litteris obstare non voluit, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem praesentes litterae omnibus innotescant, volumus, & districte praecipiendo, omnibus & singulis librorum impressoribus in partibus illis consistentibus mandamus, ut illas in cujuslibet Missalis & Breviarii principio imprimant, & imprimi curent; alias illis non appositis & impressis praesentes nemini suffragentur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 30. Decembris 1573. Pontificatus nostri anno primo.

Cæs. Glorierius.

DECRETUM PRO HISPANIS.

Nomine Nationis Hispaniarum supplicavit Doctor Michael de Erce, præcipi ubique locorum, ubi celebratur festum Translationis corporis S. Jacobi Apostoli de Jerosolymis ad Hispaniam sub die 30. Decembris, celebrari debere tam in Officio quam in Missa, & tam per Sacerdotes seculares quam per regulares, cum propria Oratione inferius describenda, dictamque Orationem pro festo dictæ Translationis imprimi etiam mandari.

ORATIO.

Deus, qui dispositione mirabili corpus beati Jacobi Apostoli tui de Jerosolymis ad Hispaniam transferrere, & in Compostella gloriose sepeliri voluisti: concede quæsumus; ut ejus meritis & precibus in cœlesti Jerusalem collocari mereamur. Per Dôminum.

Sacra Rituum Congregatio petita concessit: Et ita ab omnibus ubique locorum prædictum Festum Translationis celebrantibus imposterum cum prædicta Oratione propria servari mandavit, hac die quinta Martii M. DC. XXXIII.

NOTA.

*In omnibus Regnis & Dominiis Catholicæ Majestati subjec-
tis Festum Sacratissimi Corpor. Duplex ij. class. cum Octava pri-
vilegiata ex concessione SS. D. N. Pii Papæ die v. Mar-
tii M.DCC.LXXVI.*

*Quamobrem si infra ejus Octavam occurrerit Festum ix. Lectio-
num, licet ex solemnioribus, ut Nativitas S. Joannis Baptistæ, vel
SS. Apostolorum Petri & Pauli &c. transfertur post Octavam. De
Simplicibus autem tantum fit commemoratio.*

C. Episcopus Portuens. Card. Pius.

Locus ✠ sigilli.

Julius Rospigliosius Secret.

JANUARIUS.

**DIES.
MENS.**

- XVI. Fulgentii Episcopi & Confessoris. Duplex pro Regn. Hisp.
- XIX. Canuti Reg. & Martyr. Semid. ad libitum pro Eccl. univer.
- XXI. Fructuosi Episcopi, Augurii & Eulogii Diaconorum MM.
Duplex pro Regn. Hisp.
- XXIII. Ildephonsi Archiepiscopi Toletani & Confessoris. Duplex
ij. Classis cum Octava, pro Regn. Hisp.
- XXVI. Paulæ Viduæ. Semiduplex pro Regn. Hisp.
- XXVIII. Juliani Episcopi Conchensis & Confessoris. Duplex ij. Clas-
sis cum Octava pro Regn. Hisp.
- XXIX. Valerii Episcopi & Confessoris. Duplex pro Regn. Hisp.
- XXX. Octava S. Ildephonsi. Duplex.

FEBRUARIUS.

- I. Cæcilii Episcopi & Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.
- IV. Octav. S. Juliani. Duplex.
- XII. Eulaliæ Barcinon. Virg. & Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.

MARTIUS.

- I. Rudesindi Episcop. & Confes. Duplex pro Regn. Hisp.
- III. Hemetherii & Celedonii MM. Duplex pro Regn. Hisp.
- XIII. Leandri Episcop. & Confes. Duplex pro Regn. Hisp.
- XIV. Florentinæ Virg. Duplex pro Regn. Hisp.
- XVIII. Gabrielis Archang. Duplex majus pro Regn. Hisp.
- XX. Braulii Episcop. & Confes. Duplex pro Regn. Hisp.

APRILIS.

- IV. Isidori Archiep. Hispal. Conf. & Doct. Duplex ij. Clas. pro
Regn. Hispan.
- XIII. Hermenegildi Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.
- XIV. Petri Gonzalez Telmo Confes. Duplex majus pro Regn. Hisp.
- XVI. Thuribii de Liebana Episc. & Conf. Duplex pro Regn. Hisp.
- XVII. Mariæ Annæ à Jesu Virg. Duplex pro Regn. Hisp.
- XXIV. Fidelis Martyr. Duplex pro Eccl. univer.
- XXVII. Thuribii de Mogrobejo Episcop. & Confes. Semiduplex pro
Regn. Hisp.
- XXVIII. Prudentii Episcop. & Confes. Duplex pro Regn. Hisp.
- DOM. III. post Pascha. Festum Patrocinii S. Joseph Confes.
Sponsi B. M. V. Duplex pro Regn. Hisp.

DIES.
MENS.

MAJUS.

- v. Conversionis S. Augustini Episcop. Confess. & Ecclesie Doct. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xii. Dominici Calzeat. Conf. *Semiduplex pro Regn. Hisp.*
- xiii. Secundi Episcop. & Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xv. Isidori Agricola Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xvi. Joannis Nepomuceni Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xvii. Paschalis Baylon. Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxi. Torquati Episcop. & Martyris. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxii. Indaletii Episcop. & Martyris. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxiii. Apparitionis S. Jacobi Apost. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxiv. Euphrasii Episcop. & Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxviii. Petri Regalat. Confes. *Semiduplex pro Regn. Hisp.*
- xxx. Ferdinandi Reg. & Confes. *Duplex j. Classis cum Octava pro Regn. Hisp.*

JUNIUS.

- vi. Octava S. Ferdinandi. *Duplex.*
- xii. Joannis à S. Facundo Confes. *Duplex pro Eccl. univ.*
- xvi. Joannis Francisci de Regis Confes. *Semiduplex pro Regn. Hispan.*
- xviii. Cyriaci & Paulae MM. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxi. Aloysi Gonzagae Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxv. Guilielmi Abb. *Duplex pro Eccl. univ.*

JULIUS.

- v. Michaelis à Sanctis Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- vii. Firmini Episcop. & Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- viii. Elisabeth Vid. *Duplex ij. Classis cum Octava.*
- xv. Octav. S. Elisabeth. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xvi. Triumphis S. Crucis. *Duplex majus pro Regn. Hisp.*
- xviii. Commemorat. B. M. V. de Monte Carm. *Duplex majus pro Eccl. univ.*
- xix. Justae & Rufinae VV. & MM. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xx. Liberatae Virg. & Mart. *Duplex ij. Classis pro Regn. Hisp.*
- xxi. Camili de Leis Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxv. Jacobi Apostoli Hispan. Patroni. *Duplex j. Classis cum Octava pro Regn. Hisp.*
- xxvii. Pantaleonis Martyris. *Semiduplex pro Regn. Hisp.*
- xxx. Hieronymi Emiliani Confes. *Duplex pro Eccl. univ.*

AU-

DIES.
MENS.

AUGUSTUS.

- v. Octav. S. Jacobi Apost. *Duplex.*
- ii. Petri Oxomens. Episcop. & Conf. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- ix. Justi & Pastoris MM. *Duplex ij. Classis pro Regn. Hisp.*
- xxi. Joannae Franciscæ Frémot. Vid. *Duplex pro Eccl. univ.*
- xxv. Ludovici Reg. Franc. Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxvii. Theresiae Secundo Virg. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxix. Decollat. S. Joannis Bapt. *Duplex majus pro Eccl. univ.*

SEPTEMBER.

- i. Josephi à Calasant. Confes. *Duplex pro Eccl. univ.*
- ii. Antonini Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- iv. Rosaliae Virg. *Semiduplex pro Regn. Hisp.*
- v. Commem. S. Juliani Episcop. Conchens. & Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xvii. Petri de Arbues Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp. in Ecclesiis & Civitat. ubi extat Tribunal S. Inquisition.*
- DOM. iii. Septemb. Festum Septem Dolorum B. M. V. *Duplex majus pro Regn. Hisp.*
- xviii. Thomae à Villanova Ep. & Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxii. Josephi à Cupert. Confes. *Duplex pro Eccl. univ.*
- xxv. Mariae à Cervell. Virg. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxviii. Simonis de Roxas Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*

OCTOBER.

- v. Froylani Episcopi & Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- x. Francisci Borg. Confes. *Duplex ij. Classis pro Regn. Hisp.*
- xi. Ludovici Bertrand. Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xii. Fest. B. M. V. de Colum. Caesaraug. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xx. Joannis Cantii Confes. *Duplex pro Eccl. univ.*
- xxii. Mariae Salom. Vid. *Duplex majus pro Regn. Hisp.*
- xxiii. Petri Paschasii Episcopi & Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxiv. Raphaelis Archang. *Duplex pro Reg. Hisp.*
- xxv. Gavini, Prothi, & Januarii MM. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxvi. Servandi & Germ. MM. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxvii. Fructi Confes. *Duplex pro Regn. Hisp.*
- xxix. Narcisi Episcopi & Martyr. *Duplex pro Regn. Hisp.*

Ttt 4

NO-

Dominica aliqua hujus mensis ab Ordinario Loci jam assignata fit de Patrocini. B. M. V. sub Ritu dupl. maj. pro Regn. Hisp.

- III. Innumerabilium MM. Casaraug. Duplex pro Regn. Hisp.
- xv. Eugenii Episcop. & Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.
- xvii. Aciscli & Victor. MM. Duplex pro Regn. Hisp.
- xxiv. Joannis à Cruce Conf. Duplex pro Eccl. univer.
- xxvi. Desponsat. B. M. V. Duplex majus pro Regn. Hisp.

- iv. Barbaræ Virg. & Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.
- viii. Concept. B. M. V. Duplex j. Classis cum Octava pro Regn. Hispan.
- ix. Leocadiæ Virg. & Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.
- x. Translat. almæ Domus Lauret. Duplex majus pro Reg. Hisp.
- xii. Eulaliæ Emerit. Virg. & Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.
- xv. Octav. Conceptionis B. M. V. Duplex.
- xviii. Expect. B. M. V. Duplex majus pro Regn. Hisp.
- xx. Dominici Silens. Confes. Duplex pro Regn. Hisp.
- xxiii. Nicolai Factor. Confes. Duplex pro Eccl. univer.
- xxx. Translat. S. Jacobi Apostoli. Duplex majus pro Regn. Hisp.

B. M. V. de Guadalupe pro die ab Ordinariis assignata modo non sit Dominica. Duplex majus pro Regn. Hisp. Immaculatæ Conceptionis B. M. V. pro Sabbatis non impeditis, nec exceptis. Semiduplex pro Regn. Hisp. Jacobi Apostoli pro Feriis secundis non impeditis nec exceptis. Semiduplex pro Regn. Hisp.

PROPRIUM FESTORUM HISPANORUM.

FESTA DECEMBRIS. DIE IV. DECEMBRIS.

In Festo Sanctæ Barbaræ Virginis & Martyris.
Duplex.

Omnia de Communi Virg. lxxxiv.
præter ea quæ hic habentur.

Oratio.

DEus, qui inter cætera potentie tuæ miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut qui beatæ Barbaræ Virginis & Martyris tuæ natalitia cõolumus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dõminum nostrum, &c.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

BARBARA virgo Nicomediensis, Diõscori nobilis, sed superstitiosi hominis filia, per ea, quæ visibilia facta sunt, ad invisibilia divinã opulante gratiã, facili pervenit. Quapropter soli Deo, rebusque divinis vacare cepit. Eam pater, utpotè formã venustiori nitentem, à quocumque virorum occursum tutari cupiens, turri includit; ubi pia Virgo meditationibus, & precibus addicta, soli Deo, quem sibi in sponsum elegerat, placere studèbat. Oblata à patre pluries Nobilium connubia, fortiter sprevit: Pater verò per sui absentiam, filiæ animum posse facilius emolliri confidens, jussit primò balneum extrui, ac quid ei deesset ad commoditatem,

deinde peregrè in exteras regiones profectus est.

¶ Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: *Et deducet te mirabiliter dextera tua.
¶ Spécie tuã & pulchritudine tuã intènde, prospère procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

ABsente Patre, jussu Barbaræ duabus fenestris, quæ in turri erant, tertiam addi in honorem divinæ Trinitatis, labiumque balnei sacrosanctæ Crucis signomuniri: quod ubi rediens Diõscorus inspexit, audita novitatis causã, adeo in filiam excaudit, ut stricto ense eam appetens, parum abfuerit, quin eam dirè confoderet; sed præstò adfuit Deus: nam fugienti Barbaræ saxum ingens se patefaciens viam aperuit, per quam montis fastigium petere, & in specu latere potuit: sed paulò post, cum à nequissimo genitore reperta fuisset, ejus latera pedibus, dorsumque pugnis immaniter percussit, & crinibus per loca aspera, difficilisque vias raptatam, Marciano Prasidi puniendam tradidit.

¶ Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo latitiæ.
¶ Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

ITaque ab ipso omnibus modis, sed incassum tentata, nuda nervis cædi, & inflata vulnere restulsi con-